

evolare supra mundum. » Et Honorius : « Dilectus, ait, a matris fugit, cum sponsam suam de erumnis mundi ad gaudia cæli ducit. Caprea similitis erit, cum electos a reprobis, ut grana a paleis seliget. Hinnulo similitis erit, cum in sanctis ut hinnulus in umbra requiescet. Tunc vero erit super montes aromatum, quando regnabit super altitudinem angelorum et hominum, in quibus fragrat odor virtutum. Vel ipsa caprea cum hinnulo erit super montes aromatum, quando Ecclesia cum populo fidelium possidebit portas inimicorum suorum, scilicet cum hereditabit loca apostatarum angelorum. Ecce quo illud carmen est deductum, quod humanum genus lapsus deduxit ante Dei conspectum. » Porro sicut caprea et hinnuli, qui in montibus aromatum pascentur, ait Sanchez, odorem habent suavissimum, aut ex ore, quod fragrans imbuerunt plante; aut ex villis, qui assidue affricit ad stillantes fructus cum stacte et gutta, quibus delibuti sunt, odorem quoque gratissimum contraxere: sic quoque sponsus in montibus aromatis assiduus, et totus ipse fragrans, purissimos in sponse viscera inspirat anhelitus, qui ipsam, quamcumque in partem sese det, spirare faciunt, quam libavit a sponso, suavissimam animam. Exemplo sit S. Paulus, qui ait, Galat. II, 20 : « Vivo autem, jam non ego : vivit vero in me Christus : » versabatur enim in cælis assidue cum Christo et angelis, quare non nisi cælum et cælestia spirabat : « Nostra conversatio in cælis est, » ait ipse Philip. II, 20; et Ephes. II, 4 : « Jam non estis hospites et advenæ, sed cives sanctorum, et domestici Dei. »

Symbolice Rupertus et S. Gregorius censent hic animam piam petere ut Deus se abscondat, ac in suam deitatis caliginem et incomprehensibilitatem se recipiat, ne plus alta de eo contemplans eum se comprehendisse arbitretur : audi S. Gregorium, XVII Moral. cap. XV : « Puge, dilecte mi, fuge, ac si diceret: Tu qui ex carne comprehensibilis factus es, ex divinitate tua intelligentiam nostri sensus excede, et in tempore nobis incomprehensibilis permane. » Rursus Philo : Cum, inquit, tentaris, o anima dilecta, fuge ad montes aromatum, id est ad exempla sanctorum, ut his animata tentationi resistas : tentaris Iliadine, fuge ad arduum castitatis montem Joseph patriarcham, qui in manu heræ se tentantis pallium reliquit, et auferit, tentaris ira, fuge ad mittissimum clementem collem Davidem, qui Sauli scelus persecutionis ignovit, eamque imitare : « Simus ergo, ait, montes aromatum, id est odoramenta virtutum. Insuper in tentatione, presertim voluptatis, gula et luxurie, singulare remedium est fuga, ut fugias omnes carnis illecebras, et mulierum species omnesque peccandi occasiones. Denique S. Ambrosius in Psalm. CXVII, serm. 22, vers. 8, refert hæc ad fugam in persecutione: fugit enim Christus non in se, sed in nobis, suadetque

ut persecutionem fugiendo declinemus: » Propter infirmos, ait S. Ambrosius, fugit, qui tentamenta graviora ferre non possunt, etc.; transeat ad montes aromatum, qui pro martyrio possi odorem beate resurrectionis afferre. Montes aromatum sancti sunt: ad eos confugit Christus, quia fundamenta ejus in montibus sanctis: ad eos igitur confugit, qui sunt ejus stabilia fundamenta; in nobis fugit, in illis fida statione consistit. Mons igitur aromatum Paulus est, qui potest dicere, II Cor. II, 15 : Bonus odor Christi sumus Deo. Mons aromatum David ejus orationis odor ascendebat ad Dominum, et ideo dicebat, Psalm. CXI, 2: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. »

Mystici, sive contemplativi, hæc referunt ad mysticos Christi ad animam accessus et recessus: hi enim fugas assimilantur; unde noster Alvarez de Paz, De Nat. contempl. lib. V, part. II, cap. XII, sic explicat, quasi dicat: « Fuge, dilecte mi, » etc., quandoquidem, o sponse, fugiturus es, et me tuo amore relicturus, oro ut fugias ad instar capreae hinnulique cervorum, qui ita insequentes fugiunt, ut frequenter ad eos se convertant, oculisque inspiciant. Vade, sed redi, ut sicut discessi tuo humilior, et meam infirmitatem agnosco, ita accessu virtutum augmento exalter, et amoris affectu respirem. Tu te similem fecisti aquila.

## TERTIUS SENSUS

## PRINCIPALIS,

## De Christo et B. Virgine.

Primo, Guilielmus hæc accipit de B. Virgine rogante Christum, ut in cælum ascendat, indeque in se et apostolos mittat Spiritum Sanctum; ascendat, inquam, « super montes aromatum, » id est super omnem excellentiam angelorum, qui facti sunt montes aromatum, cum in amore Dei solidari beati meruerunt : « Propter ineffabiles, inquit, quibus perpetuo fruuntur, delicias interse suavitatis, ex contemplatione summe Trinitatis. » Secundo, Rupertus docet in quavis necessitate fidei confugiendum esse ad montes aromatum, id est invocandos esse sanctos quoslibet, sed presertim B. Virginem, que est Virgo virginum, mons montium, et sancta sanctorum : « Levari, » ait Psalm. CXX, 1, oculos meos in montes, usque veniet auxilium mihi; sed ad te præcipue convertitur, ad te presertim oculos nostros levamus, tum præ omnibus auxilium suspiramus. Per sanctum uteri tui sacramentum, et illum, qui animam tuam pertransivit, gladium, obline ut videamus ipsam illuminationem montium æternorum, scilicet dilectum, et ex dilecto dilectum, et simul dilectionem amorum, id est Patrem et Filium, et Spiritum Sanctum, Deum unum, vivum et verum, cujus regnum et imperium permanet in sæculum sæculorum. Amen. »

## COMPENDIUM

## SIVE

## SYNOPSIS SENSUS LITTERALIS

## ET

## GENUINI CANTICORUM

Sensus litteralis et adequatus Canticorum est, describere conjugium Christi et Ecclesie per humanitatem ab eo assumptam; sensus, partialis, Christi et anime sancte, non cupisibet, sed perfecta; et sensus principalis, Christi et B. Virginis. Primo ergo, describit Ecclesia et anima sancte infantiam, a cap. I usque ad cap. II, vers. 8; secundo, ejus adolescentiam, a cap. II, vers. 8, usque ad cap. III, vers. 8; tertio, ejus viriditatem, a cap. III, vers. 6, usque ad cap. V, vers. 2; quarto, ejus senectam, a cap. V, vers. 2, usque ad cap. VI, vers. 3; quinto, ejus renovationem et glorificationem, vel potius aspirationem ad gloriam, a cap. VI, vers. 3, usque ad finem libri.

## PRIMA PARS CANTICI

## SIVE

## PRIMUS ACTUS DRAMATIS.

HO DESCRIBITUR ECCLESIE ORTUS ET INFANTIA USQUE AD CAP. II, VERS. 8 : HÆC INFANTIA FUIT A CHRISTI ORTU ET PREDICATIONE USQUE AD MISSIONEM SPIRITUS SANCTI IN PENTECOSTE.

## CAPUT PRIMUM.

1. OSCULETUR ME OSCULO ORIS SUI. — Petit Synagoga osculum incarnationis Verbi, quo scilicet Verbum osculetur humanam naturam eam assumendo, ut in ea patiendo, illam Deo Patri ob peccatum exom reconciliat. Petit animam sanctam osculum perfectionis, charitatis et unionis cum Deo. Petit B. Virgo osculum Spiritus Sancti, ut fiat mater Christi.

QUA MELIORA SUNT UBERA TUA VINO. — Ubera vocat papillas, nec enim viri habent mammas, ut feminæ; ex papillis autem virorum subinde lac exprimi docet Galenus et Aristoteles, lib. I Histor. animal. cap. XII, et lib. III, cap. XX; ubera significant dulcissimam lactandi facultatem et vim, Christus enim sua doctrina et gratia quasi duobus uberibus lactat fideles. Nota et quia, hæc min vox dat causam cur sponsa ambiat osculum sponsi, q. d. Quia dulcedinem tuorum uberum, id est tuæ doctrinæ, gratiæ et consolationis ges-

\* Quia symbolica Canticorum obscuritas, et continuum quasi benigna prolixiorum me esse compulsi, ut valde occupatis hæc omnia legere non liceat, aliis etiam non

tavi, hinc aspiro ad tuum osculum, ut ex ejus halitu spiritum et animam, a qua omnis dulcedo promanat, in vino ipso fonte hauriam. Hæc ubera meliora sunt vino voluptatum sæculi, æque ac vino, id est austeritate legis mosaice.

2. FRAGRANTIA UNGUENTIS OPTIMIS, — puta charismatibus Spiritus Sancti præstantissimis. Externa Christi ubera sunt apostoli et evangelista. OLEUM EFFUSUM NOMEN TUUM. — Oleum hic ponitur pro unguento et quovis liquore odorato, qualis est balsami, q. d. Nomen Jesu, id est Salvatore, tibi, o Christe, proprium, effusum in incarnatione, circumcissione et cruce fragrat instar balsami. Nomen sumitur pro re nominata, q. d. Tu, o Jesu, effundens tuum sanguinem et vitam pro nobis ex mere amore, redolis suavissimè ita Origenes, Theodoretus, S. Gregorius, Haymo et alii.

IDEO ADOLESCENTULÆ (hoc odore tui amoris at-  
hibet, subjiçio breve dictorum summarium, quod totius Cantici harmoniam quasi in lectu oculi menti representet.

tractus) DILEXERUNT TE. — *Adolescentulus* vocat Ecclesiam et animas in fide et virtute christiana novellas, ut sunt recenter baptizatae.

3. TRAHÉ ME: POST TE CURREMUS IN ODOREM UNGUENTORUM TUORUM. — Ecce quod vers. 2 vocavit *oleum*, hic vocat *unguenta*, *q. d.* Oro ut tua gratia, Christe, me praevenias et efficaciter trahas ad te, ut sic post te cum meis adolescentulis curram, et sanctissimos ac suavissimos tuos mores imiter.

INTRODUXIT ME REX IN CELLARIA SUA. — id est in infima penetralia domus suae (haec enim Hebraei vocant *חדר cheder*), *q. d.* Christus patefecit mihi arcam suam, et praesertim mysteria, in prophetis et figuris Veteris Testamenti abscondita; item sancta sacramenta, praesertim Eucharistiam.

EXSULTABIMUS ET LETABIMUR IN TE, MEMORES UBERIUS TUORUM SUPER VINUM. — Vatablus, *predicabitur amoris tuus vino praevalentioris, q. d.* Ego sponsa cum meis adolescentulis ebria vino tuae consolationis, quod bibimus in cellariis tuis, ac lacte dulcedinis tuae, quod suximus ex uberibus charitatis tuae, exsultabimus et letabimur in te.

RECTI DILIGUNT TE. — *q. d.* Tu, o Christe, rectissimus, justissimus et sanctissimus es, quare qui recti sumus, iusti et sancti, diligunt te: tu enim eorum amorem rectificas et castificas, ut nil carnale amant; sed tantum id quod spirituale est et divinum, quale est omne id quod in te cernunt et admirantur, ut post te currere gestiant.

4. NIGRA SUM, SED FORMOSA, FILLE JERUSALEM, SICUT TABERNACLA CEDAR, SICUT PELLIS SALOMONIS. — Haec ita combina, *q. d.* Ego Ecclesia Christi sponsa « nigra sum, sicut tabernacula (*Cedarenorum*, et *Agarenorum*, quae sole torrentur, nigricantia); sed formosa (pariter sum) sicut pelles Salomonis, » quia persecutionum et arumnarum caligo et nigredo me magis illustravit, et formosorem effecit ob splendorem patientiae, fortitudinis, charitatis et zeli, ceterarumque virtutum, quas in adversitatibus ostendi et adauxi.

5. NOLITE ME CONSIDERARE, QUOD FUSCA SIM, QUIA DECOLORAVIT ME SOL. — *q. d.* Nolite mirari quod per tribulationes fuscata sim, quia hisce me decoloravit sol, id est aestus persecutionis; sed idem mihi patientiam et constantiam affuit, quae longe magis me illustrat: ita Cassiodorus, Beda et alii.

FILII MATRIS MEAE PUGNAVERUNT CONTRA ME, POSUERUNT ME CUSTODEN IN VINEIS: VINEAM MEAM NON CUSTODIVI. — quasi dicat: Iudei, qui sunt fratres mei, utpote ex eadem matre qua ego, puta ex Synagoga geniti, Iudei, inquam, pugnant pro suo Moysae et iudaismo, me Ecclesiam Christi, id est apostolos et primos christianos acerrime oppugnant, ideoque coegerunt illos Iudaeam deserere ac fugere ad gentes, ibique erigere et custodire vineas, id est Ecclesias exteras gentium; quo factum est ut vineam meam, id est Eccle-

siam in Iudaea sitam, quae mihi nativa et propria erat ac unica a Christo commendata custodire non poterim: quare ab ea expulsa cherrare coacta sum per vineas gentium, ubi varios solis, id est persecutionis aestus perpessa, arumnia decolorata, afflicta et offuscata sum.

6. INDICA MIHI (tu, o sponse, qui es is) QUEM DILIGIT ANIMA MEA, UBI PASCAS (gregem tuum fidelium), UBI CUBES IN HERBIS, NE VAGARI INCIPIAM POST GREGES SOBOLIV TUORUM. — Ecclesia, aestu persecutionis Iudeorum et gentium afflicta et decolorata, petit a Christo sponso suo locum in quo fideles suos pascat, et cum his refrigerium cubando caplet in meridie, id est in ardore tribulationis, ut ibidem a sponso pascatur, animentur, corroboretur, ne aliqui incidat in sponsi sodales, id est amulos haereticos, vel homines impios, a quibus pabulis haereticorum, errorum et vitiorum pascatur.

7. SI IGNORAS TE, O PULCHERRIMA INTER MULIERES, EGREDERE, ET ABI POST VESTIGIA (hebraice, *post calcaneos*) GREGUM TUORUM, ET PASCE HEDOS TUOS JUXTA TABERNACLA PASTORUM. — Pronomen te per pleonasmum hebraicum redundat, *q. d.* Si ignoras, o Ecclesia, ubi ego Christus gregem pascam, EGREDERE, ET ABI POST VESTIGIA gregum, id est fidelium tuorum: tui enim greges mei quoque sunt, atque ubi greges mei sunt, ibi sum quoque ego carum fidus et individuus pastor. « Et pasce hedos tuos juxta tabernacula pastorum, » puta apostolorum et doctorum: illos enim tibi praeside praefeci et magistros constitui, atque ego in medio ipsorum versor et dego, ut dum viverem *Luc. cap. 11, 46*, in medio ipsorum a parentibus meis inventus sum in templo, juxta illud, *Matth. xxviii, 20*: « Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi: quare per hosce pastores ego te vera doctrina pascam, et in omni solis, id est persecutionis ardore solabor et protegam: hos si sequaris, non incipies vagari, nec ineides in meos sodales, id est emulos et rivales haereticos, ceterarumque errorum magistros: ita S. Athanasius in *Synopsi*, et Justus Orgeletanus.

8. EQUITATU MEO (Septuaginta, *equus meo*) IN CURRIBUS PHARAONIS ASSIMILAVI TE, AMICA MEA. — *q. d.* Ad bellum te voco, o Ecclesia, ut totum mihi tibi que subigas: quare a me assimilaberis equitatu meo angelico, quem opposui equitatu et curribus Pharaonis, cum pro Moysae et Hebraeis pugnans eos profligavi, et in Mare Rubrum demersi: simili enim modo per te omnes tuos hostes infideles profligabo, sed ita ut ex infidelibus faciam fideles, ex hostibus amicos, ex rebellibus subditos, ex feris homines, ex mortuis vivos, ex demonibus angelos.

9. PULCHRE SUNT GENES TUAE SICUT TURRES. — Hisce genis significatur Ecclesiae et fidelium, praesertim virginum verocundia et castitas: turres enim castae sunt.

COLLUM TUUM SICUT MONILA. — Proprie *collo*, quod oneri et jugo aequae ac capiti subicitur, significatur subjectio et obedientia Ecclesiae, quae Christo sponso suo Deique legibus per omnia obedit: haec enim eam non tam gravat, quae ornatur ut monila.

10. MURENULAS AUREAS FACIEMUS TIBI, VERMICULATAS ARGENTO. — *q. d.* Aureis obedientiae legibus et regulis, argento obedientiae dispunctis, quasi murenulis, id est torquibus aureis argento variegatis, decorabimus te, o Ecclesia, o anima sancta et religiosa.

## VOX SPONSAE.

11. DUM ESSET REX IN ACCURITU SUO, NARDUS MEA DEDIT ODOREM SUUM. — *q. d.* Dum sponsus meus, qui est rex christus, esset in mensa sua nuptiali, puta in incarnatione, passione et cruce, ego sponsa Ecclesia, et anima sancta ad illum ingressa, unguento nardino humilitatis, penitentie, orationis ceterarumque virtutum eundem perunxi, cujus odore ille mirifice recreatus est. Hoc fit, dum Christi incarnationem et passionem devote recolimus, audimus, legimus et meditatur.

12. FASCICULUS MYRRHAE DILECTUS MEUS MIHI, INTER UBERA MEA COMMORABITUR. — *q. d.* Ego Ecclesia, et anima devota memor incarnationis, passionis et crucis, MYRRHAE, id est amoris sponsi mei, quo tam amara pro me ultro subili, semper recordabor, illi grata oro, illum amabo, pro illo vicissim amara quolibet subire non detrectabo, sed optabo et ambiam amara et ardua ejus iussa, quin et oburgationes ac mordacia verba, imo flagella et verbera ultro suscipiam et capessam.

13. BOTRUS CYPRI DILECTUS MEUS MIHI IN VINEIS ENGADDI. — « Cyprius est arbor zizyphi foliis, semine coriandri, flore candido et odorato, » ait Plinius: praestans erat in vineis Engaddi, ex vicinia balsami in eis germinantis; notat ergo latam et gloriosam Christi resurrectionem: Christus igitur fuit *fasciculus myrrhae* in passione, sed *botrus cypri* in resurrectione, *q. d.* Jugiter recordabor resurrectionis aequae ac passionis Christi, ac per consortium passionis tendam ad consortium resurrectionis ejusdem: ipse enim sua resurrectione viam mihi ad eandem praevit et aperuit.

## CAPUT SECUNDUM.

## VOX SPONSI.

1. EGO FLOS CAMPI, ET LILIUM CONVALLIUM. — Christus fuit *flos campi*, quia sicut flos in campo sponte provenit sine semine, sine creatione, sic et Christus ex Virgine natus est sine opera viri. Sicut ergo flos non alium habet patrem quam solem in caelo, nec aliam matrem quam plantam

## VOX SPONSI.

14. ECCR TU PULCHRA ES, AMICA MEA, ECCR TU PULCHRA ES. — Sponsus a sponsa laudatus, laudem suam in eam reflectit, *q. d.* A me pulchro tu pariter, o sponsa, pulchra es, quia ego meam pulchritudinem tibi impertivi et afflavi: quare bis pulchra es: *primo*, in dilectione Dei; *secundo*, in dilectione proximi. Rursum *primo*, in actione; *secundo*, in contemplatione. Ad haec *primo*, in humilitate; *secundo*, in charitate.

OCULI TUI COLUMBARUM. — Amicus in oculis elucet. Sensus est, *q. d.* Oculos (et consequenter mentem et intentionem in eis pellentem) habes columbinos, id est simplices, ingenuos, pudicos, amabiles.

## VOX SPONSAE.

15. ECCR TU PULCHER ES, DILECTE MI, ET DECORUS. — Sponsa amore et honore certat cum sponso, laudesque suas in eum retorquet, *q. d.* Fateor, o sponse, me esse pulchram, sed haec pulchritudo non tam mea est, quam tua, quia a te mihi aspirata: nam tu pulcherrimus es formaliter et causaliter, tu enim es fons et causa omnis gratiae, decoris et pulchritudinis, quae in iustis et sanctis reperitur.

16. LECTULUS NOSTER FLORIDUS: TIGNA DOMORUM NOSTRARUM CEDRINA, LAQUEARIA NOSTRA CYPRESSINA. — Pulchrum sponsum et sponsam, pulchrum delectabile et pulchra domus, puta conignata ex cedris et laqueata cypressis: utrumque hic assignat. Sponsa in vineis decolorata, inde sponsum invitavit in domum, ut in ea quieta et leta mutuo fruatur consortio et colloquio. *Lectulus*, in quo Christus et Ecclesia, aequae ac anima iusta conquiescunt, est pura sanctaque conscientia florum virtutibus, item oratio et vila contemplativa. *Domus Christi et Ecclesiae* ad litteram sunt templa et oratoria fabricata ex cedris et cypressis, uti fuit templum Salomonis, ad quod hic alludit. Symbolice *tigna*, quae domum continent et sustentant, notant bonos praelatos, qui sunt *cedrini*, id est integrè excelsaeque vite; *laquearia*, quae tignis affiguntur ex iisque pendent, notant fideles et sanctos praelatis suis conjunctos et subditos; hi sunt *cypressini*, id est rectis et incorruptis moribus ac frondibus bonorum operum instar cypressi decorantur et coronantur.

ex qua nascitur in terra, sic Christus in caelo solum patrem habet Deum, qui est sol increatus, et in terra solam matrem Virginem. Christus quoque fuit a liliu convallium: « *lilium*, per candorem et splendorem vite; *convallium*, per humilitatem, tum quia ipse in se fuit humillimus, tum quia humilium et castarum animarum, quae inhabitat, idem ipse est decus et ornamentum.

2. SICUT LILIUM INTER SPINAS, SIC AMICA MEA INTER FILIAS. — *g. d.* Sicut liliū enascitur, vigetque inter spinas, sic Ecclesia inter hæreticos, peracutores et impios, qui illam quasi spinas pungunt, magis crescit, et majori sanctitatis fulgore, et odore bonæ famæ oruscatur.

## VOX SPONSÆ.

3. SICUT MALUS INTER LIGNA SYLVARUM, SIC DILECTUS MEUS INTER FILIOS. — *g. d.* Sicut arbor pomifera, v. g. malogranatorum, excellit arbores sylvarum infrugiferas et colore, et odore, et sapore: sic Christus sapientia, gratia et virtutibus excellit omnes Adæ filios.

SUB UMBRA ILLIUS, QUEM DESIDERAVERAM, SEDI: ET FRUCTUS EJUS DULCIS GUTTURI MEO. — *g. d.* Christus mihi est quasi malus et pomus sua umbra, id est sua cura et providentia me ab æstu tentationum protegens, et simul suis dulcibus fructibus me pasceus et oblectans: fructus Christi sunt septem dona Spiritus Sancti, ac sancta sacramenta, præsertim Eucharistia.

4. INTRODUXIT ME IN CELLAM VINARIAM, ORDINAVIT (hebraice, *cellillum excavit*) IN ME CHARITATEM. — *Cella vinaria*, in quam Christus introduxit Ecclesiam, id est apostolos et fideles, est altare, in quo celebramus sacrificium Eucharistiae, ac haerimus cænicæ Domini, qui mentem cœlesti suavitate inebriat: ita Nyssenus. Item cella hæc est plenitudo Spiritus Sancti, data apostolis in Pentecoste; unde videbantur ipsi esse pleni musto, non vini, sed zeli, ac tum vexillum charitatis palam in Judea, et deinde in toto orbe erexerunt. Vide S. Augustinum, *XXII De Civit.* XXII.

5. FULCITE ME FLORIBUS, STIPATE ME MALIS: QUIA AMORE LANGUEO. — Apostoli et fideles recepto Spiritu Sancto, ac frequentantes Eucharistiam,

amore Dei ita accendebantur, ut amore langueant, et quasi in deliquium animi incidant; unde ambiebant flagella, cruces et martyria. Optabant ergo *fulciri floribus*, id est suavissimis exemplis Christi et sanctorum prophetarum, ac *stipari*, id est vallari et roborari *malis*, id est precibus eorundem.

6. LEVA EJUS SUB CAPITIS MEO, ET DEXTERA ILLIUS VAMPLEXABITUR ME. — *g. d.* Christus sponsus me sponsam amore ejus languentem, ac deficientem sustentet: quare leva ejus sit sub capite meo, et dextera illius amplexetur me, id est reliquum meum corpus: *leva* Christi est humanitas, *dextera* est deitas. Rursus *leva* est gratia et consolationes presentis vitæ, *dextera* est gloria et felicitas future.

## VOX SPONSÆ.

7. ADJURO VOS, FILLE JERUSALEM, PER CAPREAS CERVOQUE CAMPORUM, NE SUSCITETIS, NEQUE ETIGILARE FACIATIS DILECTAM, QUODUSQUE IPSA VELIT. — Est juramentum venatorum: sponsus enim hic inducitur ut pastor, et venator insequens cervos et capreas, *g. d.* Adjuro vos, o Judei, per sanctos angelos, qui celerissimi et oculatissimi sunt, ut cervi et capree: angelos, inquam, custodes Judee, æque ac Ecclesie mee in Judea nascentis, ne ejus amore mei ferventis et languentis fidem, pacem et profectum vestro tumultu, schismate, persecutione interturbetis. Rursus me illum ab otio sancto, oratione et contemplatione avocatis ad negotia vite activæ: sicut Christus Martham conquerentem de Magdalena repressit, dicens *Luc. x. 42*: « Martha, Martha, sollicita es et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. »

## SECUNDA PARS CANTICI

SIVE

## SECUNDUS ACTUS DRAMATIS,

QUO DESCRIBITUR ADOLESCENTIA, ET INCREMENTA ECCLESIE, USQUE AD CAP. III VERS. 6, SÆPTE INFANTIAM ECCLESIE DESCRIPSIT A CAP. I HUCUSQUE.

Hæc adolescentia Ecclesie fuit post Pentecostem, cum apostoli, recepto Spiritu Sancto, profecti ad gentes, ubique ecclesias fundarunt.

## VOX SPONSÆ.

8 et 9. VOX DILECTI MEI, ECCE ISTE VENIT SALIENS IN MONTIBUS, TRANSIENS COLLES: SIMILIS EST DILECTUS MEUS CAPREÆ, HINNULOQUE CERVOBUS. — Inducitur hic sponsa amore langueas, quasi incidens in somnium et deliquium, ideoque ab

adolescentulis delata ad lectulum, ut pset cap. III, vers. 1: in lectulo ergo somnians videtur sibi audire vocem sponsi salientis per montes et colles iastar capreæ hinnulique cervorum. Significatur Christus per apostolos et Judeæ proficiens, et discurrens per totum orbem, omnibusque gentibus prædicans Evangelium, ac omnes mon-

ium itinerumque anfractus, omniaque evangelii impedimenta generose superans et transiens iastar capreæ et hinnuli.

IN IPSE STAT POST PARIETEM NOSTRUM RESPICIENS PER FENESTRAS, PROSPECIENS PER CANCELLOS. — Christus in Pentecoste seipsum exhibuit apostolis per Spiritum Sanctum a se missum, puta per linguas igneas apostolorum capitibus insidentes, quasi per *cancellos*, per quos ipse apostolos clare intuebatur, apostoli vero ipsum obscure, uti fit in cancellis: tumque apostoli et fideles frequentare ceperunt Eucharistiam in qua Christus latens sub speciebus panis et vini, per eas quasi per cancellos et per parietem intermedium nos intueatur.

10. EN DILECTUS MEUS LOQUITUR MIHI: SURGE, PROPERA AMICA MEA, COLUMBA MEA, FORMOSA MEA, ET VENI. — Christus vocat sponsam Ecclesiam, id est apostolos foras, ut scilicet e Judea vadant per universum orbem ad prædicandum evangelium. *Veni* ergo, id est vade et lucrare animas, æque ad me adduc. Causam subdit.

11 et 12. JAM HIEMS TRANSIIT, IBER ABIT, ET RECESSIT. FLORES APPARUERUNT IN TERRA NOSTRA, TEMPESTATIONIS ADVENIT: VOX TURTURIS AUDITA EST IN TERRA NOSTRA. — *g. d.* Jam ver est evangelii; in vere autem omnia prolificant: proliferate ergo et vos, o apostoli, quia jam hiems, et imber, frigusque infidelitatis et peccatorum, æque ac legis mosaice transit. *Sol vernus*, id est Spiritus Sancti gratia jam illuxit, omnes gentes præparans, calefaciens, et desiderare faciens suam salutem, Deique amicitiam, quare *flores sanctorum desideriorum* jam ubique apparent. *Tempus putationis advenit*, quo sollicit vineæ, id est anime a Deo electe amputatis vitis aptantur ad profereendum uvas virtutum. *Vox turturis*, id est gemitus gentium penitentium, cupientium Deo reconciliari, ubique auditur.

13. FICES PROFUIT GROSSOS SUOS: VINÆE FLORENTES DEDEBUNT ODOREM SUUM. — *g. d.* Apostolis in vere, puta Pentecoste, et deinde prædicantibus, *fices probavit grossos*, id est multi Judei ad Christum conversi sunt; et *vineæ florentes*, id est gentes credere incipientes, *dedebunt odorem sanctæ vite*, famæ et exempli, indeque spem magnæ fertilitatis, puta conversionis omnium omnino gentium. Porro sicut grossi nonnulli maturescunt, sed per plures immaturi decidunt, sic pauci ex Judeis in fide fuere constantes: per plures enim ex eis a fide defecerunt, et in judaismum relapsi sunt.

SURGE, AMICA MEA, SPECIOSA MEA, ET VENI. — Hæc iteratio, ait Nyssenus, suscitatur Eccle-

sia et anima ad progrediendum semper in virtute, præsertim in zelo amaranum et propagatione evangelii: proprie enim hic agitur de Ecclesie profectu.

14. COLUMBA MEA IN FORAMINIBUS PETRÆ, IN ZAVENA MACERÆ, OSTENDE MIHI FACIEM TUAM, SONET VOX TUA IN AURIBUS MEIS: VOX ENIM TUA DULCIS, ET FACIES TUA DECORA. — Apostoli, ante adventum Spiritus Sancti, meluentes Judæos latebant in cœnaculo, sicut columbæ latent in foraminibus et cavernis; inde Christus misso jam Spiritu Sancto, qui eos animosos reddidit, ipsos evocat, ut in publicum prodeant, ibique populis faciem suam ostendant, et vocem prædicationis exhibeant, utpote sibi suavem et auditoribus salutarem.

15. CAPITIS NOBIS VULPES PARVULAS, QUE DEMOLIUNTUR VINEAS: NAM VINEA NOSTRA FLORUIT. — *Vulpes* sunt hæretici, initio Ecclesie subnascentes, uti Simon Magus, Menander, Basilides, Carpocrates, gnostici: hi subdole quasi vulpes *vineam*, id est Ecclesiam et fidem, *abvertebant*. Iubet eas capi, dum parvulae sunt, ne adultæ et generando multiplicatae capi ad extirpandam nequeant.

16 et 17. DILECTUS MEUS MIHI, ET EGO ILLI, QUI PASCITUR INTER LILIA: DONEC ASPIRET DIES, ET INCLINENTUR UMBRE. — *g. d.* Quia Christus me Ecclesiam et animam fidem prior dilexit ut sponsam, hinc ego eum vicissim diligo ut sponsum, totaque illi intendo, sicut ille intendit mihi. Abtaque ergo, male vulpes, que a sponso Christi divellere conamini. Christus quasi apis pura *pascitur inter lilia*, id est oblectatur animabus candidis et puris, « donec aspiret dies » clare et beatæ eternitatis, « et obscurantur umbre » obscure et miseræ mortalitatis, quando eas in eternum suam lucem et gloriam cœlestem transferat.

REVERTERE: SIMILIS ESTO, DILECTE MI, CAPREÆ, HINNULOQUE CERVOBUS SUPER MONTES BETHER. — *Montes Bether* vel *Bethel*, sunt illi in quibus Jacob vidit scalam a terra in cœlum porrectam, Denique scala innixum, indeque locum vocavit *Bethel*, id est *Domus Dei*, Genes. XXVIII, 12: *hædem* vocantur *montes Bether*, id est *divisionis*, quia divisi sunt et diffusi in varios colles, per interjacentes valles. *Montes ergo Bether* sunt Ecclesie particulares per totum orbem diffuse, et a se invicem divise; has ut sua gratia visitet Christus, orat hic Ecclesia universalis. Capreæ hinnuli et cervi amant montes, ac veloces sunt et acuti visus; notant ergo Christi velocitatem et vigilem providentiam, qua Ecclesie singulis acriter intendit et succurrit.

## CAPUT TERTIUM.

4, 2, 3 et 4. IN LECTULO MEO PER NOCTES QUESIVI ET PLATEAS QUERAM QUEM DILIGIT ANIMA MEA: QUESIVI ILLUM, ET NON INVENI. INVENIUNT ME VIGILES, QUI CUSTODIUNT CIVITATEM: NEM QUEM DILIGIT ANIMA

ET PLATEAS QUERAM QUEM DILIGIT ANIMA MEA: QUESIVI ILLUM, ET NON INVENI. INVENIUNT ME VIGILES, QUI CUSTODIUNT CIVITATEM: NEM QUEM DILIGIT ANIMA

MEA VIDISTIS? PAULULUM CUM PERTRANSISSEM EOS, INVENI QUEM DILIGIT ANIMA MEA: TENUI EUM: NEC DIMITTAM EUM, DONEC INTRODUCAM EUM IN DOMUM MATRIS MEAE, ET IN CUBICULUM GENITRICIS MEAE. — Sensus est, quasi dicat: Ego Ecclesia suaviter quiescens in Sion et Judea, ibique vacans orationi, Verbo Dei, frequenti communioni, sanctitati, omnique virtuti et perfectioni christianae, ut patet *Actor. II*, 48 et sequent.; ibi quaesivi Christum, sed non inveni, quia plerique Judaeorum inhaerentes legi mosaicae Christi fidem respuerunt. Christus autem residet et invenitur in Ecclesia, id est in multitudine et universitate credentium totius mundi.

Notat enim sponsa Christum per fidem habitare in cordibus fidelium, ut advertit S. Bernardus: Dixit: *Surgam et circumo civitatem Jerusalem* reliquamque Judaeam illi subjectam, *per vias et plateas evangelizando, quam quem diligit anima mea, Christum scilicet* Christique fidem et cultum. *Quaesivi illum, et non inveni*, quia Judei Christo in evangelio resisterunt. *Invenierunt me vigiles qui custodiunt civitatem*, scilicet pontifices, principes sacerdotum, scribas, Herodes Agrippa et ceteri Judaei presides. Interrogavi illos: *Num quem diligit anima mea vidistis?* Agnoscentes Messiam patribus vestris promissum? creditisne in Jesum Christum crucifixum? at illi obtulerunt, ac suo silentio se nescire Christum testati sunt. Quocirca, *Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea*, cum scilicet paulo post persecutionem pontificum ac necem S. Stephani, scilicet anno secundo a passione Christi, Christus S. Paulum convertit, ac doctorem gentium auctoravit dicens, *Actor. IX*, 15: « Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel; » ac mox S. Petrum ad Cornelium, ceterosque apostolos ad diversas gentes toto orbe convertendas destinavit. Ibi ergo in fide gentium apostoli invenierunt Christum, quasi in Ecclesia universali residentem et dominantem. Tunc ergo dixit Ecclesia: *Tenui*

*eum, nec dimittam*: quia fundabo ubique gentium Ecclesias, itaque sacerdotibus, episcopis, sacramentis, doctoribus, predicantibus, miraculis, etc., eas in fide Christi stabiliam, ut illae nunquam illam abiciant, sed vel simul, vel alterutrum et successive arcte eam retineant, ita ut semper magna pars orbis Christum colat et adoret. *Donec introducam illum in domum matris meae, et in cubiculum genitricis meae*, id est Synagogae: Synagoga enim vetus Judaeorum fuit matrix, et genitrix Ecclesiae christianorum: primi enim christiani, puta apostoli, fuere oriundi e Judeis. Sensus ergo est, *q. d.* Transferam Christum, Christique fidem et cultum a Judeis ad gentes, ibique illum firmabo et stabiliam, donec in fine mundi per Eliam et Enoch convertam Judaeos: sic enim Christum Christique fidem « introducam in domum matris meae, » id est in Synagogam Judaeorum, ut omnis Israel salvus fiat, atque ex Judeis et gentibus fiat unum ovile et unus pastor.

## VOX SPONSI.

3. ADJURO VOS, FILIE JERUSALEM, PER CAPRAS, CERVOQUE CAMPORUM, NE SUSCITETIS, NEQUE EVULSARE FACIATIS DILECTAM, DONEC IPSA VELIT. — Haec verba hic iterantur, jam enim audivimus ea cap. I, vers. 7: quare videtur sponsa iterato hic in sonnum et extasin incidisse: primo enim in eam incidit cap. II, vers. 5, dicens: « Fulsit me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. »

Parabolice somnus hic significat Ecclesiam primitivam, id est apostolos, post laborem et distractionem aliquot annorum, quos convertenda Judaei impenderunt, recessisse se per aliquod tempus ad quietem orationis, et otium contemplationis, ut vires mentis restaurarent, ac se ardentius ad novos majoresque labores, puta ad conversionem omnium gentium compararent: ad hoc enim opus erat ingenti spiritu, quem orando excitare, et a Deo postulare per eam, unde Christus vetat eos ab hoc somno, et quanto tam pia excitari.

## TERTIA PARS CANTICI

SIVE

## TERTIUS ACTUS DRAMATIS,

QUO DESCRIBITUR ECCLESIAE AETAS VIRILIS ET PERFECTIO USQUE AD CAP. V, VERS. 2.

*Hae virilis aetas Ecclesiae perfecta fuit tempore Constantini Magni.*

## VOX SYNAGOGAE

*Primitiva converso de Ecclesia gentium.*

6. QUE EST ISTA, QUE ASCENDIT PER DESERTUM ET IN VULGURA PASTORUM MYRRINAE ET

THURIS, ET UNIVERSI PULVERIS PIGMENTARIUM? — Id est apothecarii? Primitiva Ecclesia ex Judeis in Sion et Jerusalem collecta, audita S. Cornelii per S. Petrum, ac gentium per S. Paulum et Barnabam conversione, admirans exclamat: *Que est ista*

nova et bella Ecclesia, ex deserto gentilissimi tenuit et gracilliter ascendens, sicut virgula fumi? sed ex continua fumi ascensione sursum agglomerans sese, in magnam crescit amplitudinem, atque suavissimum virtutum expirat odorem: spirat enim thura, id est sacrificia et divinos offert honores, ac myrrham humanitatis et passionis Christi: credit enim Christum Deum pro nobis assumpsisse humanam naturam, in eaque passum, crucifixum, mortuum et sepultum, ac universum pulverem pigmentarium, id est reliquam doctrinam evangelicæ prædicationis exhalat, et quaquaversum diffundit.

7 et 8. EN LECTULUM SALOMONIS SEXAGINTA FORTES AMBIENT EX FORTISSIMIS ISRAEL: OMNES TENENTES GLADIOS, ET AD BELLA DOCTISSIMI: UNUSCUIUSQUE ENNIS SUPER FEMUR SUUM PROPTER TIMORES NOCTURNOS. — *Lectulus*, in quo requiescit Christus, est cathedra S. Petri, puta Ecclesia Antiochena, deinde romana; hanc ambiunt *sexaginta*, id est pluri fortissimi pontifices, cardinales, sacerdotes et fideles qui pro fide Christi fortissime contra Neronem ceterosque tyrannos per 300 annos decertarunt, ejusque veritatem sanguine suo obsignarunt. *Gladius eorum fuit verbum Dei, Ephes. VI*, 13, quo acinoti dispulerunt *timores nocturnos*, quos in nocte, id est in tenebris infidelitatis, ignorantie et impietatis excitarunt hæretici pravique christiani.

9 et 10. FERULUM FECIT SIBI REX SALOMON DE LIGNIS LIBANI: COLUMNAS EJUS FECIT ARGENTEAS, RECLINATORUM EJUS AUREUM, ASCENSUM PURPUREUM: MEDIA CHARITATE CONSTRAVIT. — *Ferulum*, sive gestamenta est sella regia, qua quasi in curia regio et triumphali ad pompam gestabatur Salomon: ferulum hoc designat magnificentiam Ecclesie romane, que post persecutiones, per Constantium jam magnifice toto orbe resplendet, in qua Summus Pontifex presidet, et instar Salomonis toti orbi christiano imperat. In eadem sunt magnificæ basilicæ plurimæ, quasi regia Christi et SS. martyrum ferula, ex lignis præstantissimis, lignis Libani similis exedificata. *Columnæ* ejus sunt cardinales et prælati, qui eam

quasi cardines suffulcunt et orant. *Reclinatorium aureum*, scilicet dorsi et ubitorum, est fidelis piusque Romanorum populus aurea pietate ad religionem conspicuus, in qua suaviter quiescit, et quasi reclinat se Christus. *Ascensus*, id est sella purpurea, est innumera multitudo martyrum, qui Romæ per 300 annos fortissime pro fide certarunt usque ad mortem, in quibus confidet Christus. *Media*, Septuaginta, *medium charitate*, id est pyropis, flammis, similive charitatis hieroglyphico *constravit*, opere quasi tessalato.

PROPTER FILIAS JERUSALEM. — ut is se spectandum offerret, easque ad sui venerationem alliceret. Sensus est, *q. d.* Christus Ecclesiam romanam tot gratis et beneficiis dotavit, atque ejus fideles tanta charitate, et operibus misericordiam spiritualis, æque ac corporalis insignivit, ut media et intima æque ac charitate constravisse videatur, idque hoc fine, ut filias Jerusalem, id est fideles quosque toto orbe sparsos ad ejus amorem, honorem et cultum attraheret.

11. EGREDIMINI ET VIDETE, FILIE SION, REGEM SALOMONEM IN DIADEMAT, QUO CORONAVIT ILLUM MATER SUA IN DIE DESPONENTIS ILLUS, ET IN DIE LETITIE CORDIS EJUS. — Ecclesia romana præ ceteris celebrat, ostentat et prædicat fidelibus omnibus quintuplex Christi diadema: *primum* est stola humanitatis, qua deltas ejus vestita et coronata est in incarnatione per Deiparam, quando nostram carnem et Ecclesiam sibi cum summo gaudio deponit et copulavit. *Secundum* fuit corona spinea, qua coronatus est in passione et cruce. *Tertium* fuit corona gloriæ, qua amictus fuit in resurrectione. *Quartum* fuit domini et regni, quo coronatus est in Pentecoste, quando misso in apostolos Spiritu Sancto, per eos multa millia primo Judaeorum, deinde gentium convertit, sibi que subiecit. De hoc maxime hic agitur; describitur enim hic virilis ætas Ecclesie. *Quintum* diadema nuptiale æque ac triumphale Christo accedit in die iudicii, quando Ecclesiam electorum secum triumphans ducet in cælum, et illi copulabitur in æternum, illaque quasi corona gloriæ coronabitur.

## CAPUT QUARTUM.

## VOX SPONSI.

1. QUAM PULCHRA ES, AMICA MEA, QUAM PULCHRA ES! OCULI TUI COLUMBARUM, ARSQUE EO QUOD INTRINSECUS LATET. — Pulchritudinem sponsæ Ecclesie admirans sponsus Christus, eam per partes describit, ac incipit ab oculis, quos quasi columbanos, id est limpidos, innocentes, sinceros, placidos, amabiles dilaudat, ita tamen ut inferius latens animi pulchritudo, que per oculos pellucet, longe magis ab eo laudetur. *Oculi* notant episcopos et

prælatos Ecclesie, eorumque vigilantiam et sollicitudinem.

CAPILLI TUI SICUT GREGES CAPRARUM, QUE ASCENDERUNT DE MONTE GALAAD. — *Capilli* Ecclesie sunt fideles plebei, hi enim orbant tegumque Ecclesiam, sicut capilli caput, et sicut greges caprarum montem Galaad, idque *primo*, sua multitudine et densitate; *secundo*, suo nitore, aequalitate, commixtione et ordine; *tertio*, suo colore, quia per fidem, spem, charitatem flavi sunt et fulvi, id est ignem aureoque quasi coloris et decoris. Rursus,

capilli notant religiosos: olim enim nazarei, qui erant legis veteris religiosi, alebant capillos, Numer. vi, 18.

3. DENTES TUI SICUT GREGES TONSARUM, QUÆ ASCENDERUNT DE LAVACRO, OMNES GEMELLIS FORTIUS, ET STERILIS NON EST INTER EAS. — Dentes sunt doctores Ecclesie, qui quasi dentes frangunt et præmandant panem, id est doctrinam fidei, et sunt quasi « greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro » baptismi et crebræ poenitentiae, a peccatorum maculis loti et nitidi. Gemellis sunt fortibus, qui charitatem Dei et proximi suis discipulis instillant. Mystici, dentes animæ sunt consideratio, meditatio, consultatio, quæ rem agendam prius masticant et ruminant.

3. SICUT VITA COCCINEA, LABIA TUA: ET ELOQUIUM TUUM, DULCE. — Notat prædicatores, quorum sermo debet esse sicut vita, id est planus, connexus, constrictus, concinnus; coccinea ut rubeat et ardeat charitate, itaque erit suavis et dulcis. Sicut fragmen mali punci, ita genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus lateat. — Genæ Ecclesie sunt virgines, pudorem et pudicitiam, sanctitatemque in mente latentem, per ruborem genarum representantes.

4. SICUT TURRIS DAVID COLLUM TUUM, QUÆ EDIFICATA EST CUM PROFUGNACULIS: MILLE CLYPEI PENDENT EX EA, OMNIS ARMATURA FORTIUM, — q. d. Juste et erecte proceritatis est: nam per collum significat soline corporis habitum erectum et excelsum, per synecdochen. Collum denotat celsum animum, roburque invictum Ecclesie, quæ tyrannos, hereticos et invidios sibi subdit. Rursus per collum et turrim notantur præsules et pontifices, ac præsertim Pontifex romanus, qui quasi collum restitit Ario, Nestorio, Diocletiano, cæterisque hæreticis et tyrannis. « Mille (id est plurimi) clypei pendunt ex ea: » clypei hi sunt sacra Scriptura, traditiones apostolicæ, decreta Conciliorum, Patrum testimonia et exempla, consensus omnium sæculorum, doctrinæ puritas, vitæ sanctitas, etc. Collum mysticum animæ est oratio, per quam a capite Christo spiritum et gratiam haurimus, quam in cætera animæ et corporis membra transmittimus.

5 et 6. Duo UBERA TUA, SICUT DUO HINNELI CAPRÆ GEMELLI, QUI PASCUNTUR IN LILIS. DONEC ASPIRET DIES, ET INCLINENTUR UMBRÆ. — Ubera Ecclesie sunt sacerdotes et diaconi, qui fideles lactant bonis spiritalibus et temporalibus: hi sunt quasi hinnelli, qui pascuntur inter lilia, quia ætate et virtute florentes, puritate et castitate præminent, ac inter virgines sanctosque degunt, quorum virtutibus et exemplis pascuntur, donec aspiret dies beate æternitatis, et inclinentur umbrae misere mortalitatis.

VADAM AD MONTEM MYRRHÆ, ET AD COLLEM THURIS. — Laudavit sponsus sponsam ab uberum fecunditate, id est a zelo animarum, nunc ne ita illi infendat, ut se negligat, illam ad se revocat, ut

secum vadat ad montem myrrhæ, id est ad studium mortificationis, et ad collem thuris, id est ad studium orationis, ut per utramque majorem hauriat spiritum, quem deinde in alios majore fructu effundat. Rursus mons myrrhæ est mons Calvarie, ubi crucifixus est Christus et myrrha pastus. Collis thuris est idem mons, in quo tertio die resurrexit, et mons Oliveti ex quo 40 die in cœlum ascendit: per resurrectionem enim et ascensionem orbi innotuit Christi divinitas, cui thus adolevit. Utrumque mysterium animæ pie crebro raminandam est, et imitandum.

7. TOTA PULCHRA ES, AMICA MEA, ET MACULA NON EST IN TE. — Ex pulchritudine singulorum membrorum jam recensitorum concludit pulchritudinem totius corporis. Ecclesia tota pulchra est in justis et sanctis, qui sunt potior et dignior Ecclesie portio. In his non est macula, scilicet peccati gravioris et mortalis, nam venialibus omnibus carere est impossibile.

8. VENI DE LIBANO, SPONSA MEA, VENI DE LIBANO VENI: CORONABERIS DE CAPITIS AMANA, DE VERTICE SANIR ET HERMON, DE CUBILLIBUS LEONUM, DE MONTIBUS PARDORUM, — q. d. Tu, o primitiva Ecclesia, quæ per apostolos, eorumque socios et assesses labores in Libano, Amara, Sanir et Hermon, id est in gentilitate convertenda ad Christum, inde veni cum magnis gentium a te conversarum missivis, ut eos adducas in Sion, hoc est ad Christum Ecclesiam: quod si feceris, « coronaberis de capite Amara, de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum, » id est, de gentibus a te conversis triumphabis, easque quasi in triumphum duces, ac corona triumphali coronaberis.

9. VULNERASTI COR MEUM, SOROR MEA SPONSA, VULNERASTI COR MEUM IN UNO OCULORE TUORUM, ET IN UNO CRINE COLLI TUI. — Pro vulnerasti, hebraice est, excordesti, id est cor mihi abstulisti, in uno crine; hebraice, in uno torques (scilicet crines forti faciunt torquem capillorum) colli tui, quia nimium uno totoque oculo (alterum enim velo veterunde obtegis) eoque columbino, id est pudice, modesto et simplici me aspicias, mihi que soli piacere satagis. Porro unus crinis, sive torques crinitus colli est obedientia, qua ultro collum legi meæ subijcis.

10. QUAM PULCHRE SUNT MANNÆ TUE, SOROR MEA TUA VINO, ET ODOR UNGUENTORUM TUORUM SUPER OZIA AROMATA. — Manna et ubera denotant vinum lactandi Ecclesie, quæ per suos prædicatores lactanda fideles, pascatque verbo et exemplo, doctrina et sacramenta, cleemosyna spirituali et corporali: quocirca odor unguentorum tuorum superat omnia aromata, id est bona fama, quam ex tua charitate, misericordia et zelo animarum consequeris, ac longe lateque dispersis, melior est omnibus odoriferis virtutibus apud Deum, qui, ut dixi, misericordiam præferit sacrificio.

11. FAVES DISTILLANS LABIA TUA, SPONSA: MEL ET LAC SUE LINGUA TUA: ET ODOR VESTIMENTORUM TUORUM SICUT ODOR THURIS, — q. d. Sermo tuus lacteus, mellis et suavissimus est, quo verbo Dei pascis fideles. Vestimenta Ecclesie sunt bonorum operum ornamenta, hæc habent odorem thuris, id est orationis, quia referuntur ad Deum, Deique gloriam: Deo enim thus adolevit.

12. HORTUS CONCLUSUS, SOROR MEA SPONSA, HORTUS CONCLUSUS, FONS SIGNATUS. — Ecclesia similis est orto, sive paradiso omnibus gratis et virtutibus velut plantis cælestibus vernanti, suisque areolis bene distincto, et arte topiaria affabre disposito, ideoque concluso, ne qua hæresis, impietas, aliudve vitium, aut noxa in illum aut violenter irrumptat, aut fraudulenter irrumptat, sed soli Christo integre et intacta servetur, eique omnium virtutum flores et fructus producat, quibus cum oblectet et pascat. Repetit a conclusus bis, ut duplex ejus conclusio et sera significetur: prima est custodia angelorum et doctorum; secunda est tutela ipsius Dei et Christi, juxta illud, Zachar. ii, 6: « Ego ero et, ait Dominus, murus ignis in circuitu: » ita Cassiodorus, Beda et alii. Rursus Ecclesia est similis fonti ultimi, limpidissimo et saluberrimo, ideoque obsignato, ne ejus crystallinus veritatis et doctrine liquor cœno errorum, aut vitiorum conspurcetur.

13 et 14. EMISSIONES TUE PARADISUS MALORUM PUNICORUM CUM POMORUM FRUCTIBUS. CYPRI CUM NARDO: NARDUS ET CROCUS, FISTULA ET CINNAMOMUM CUM UNVERSIS LIGNIS LIBANI, MYRRA ET ALOR CUM OMNIBUS PRIMIS UNGUENTIS. — Emissiones vocat propagines et surculos plantarum arborumque, quæ ex terra plantæque sinu videntur quasi emitti. Pro pomorum fructibus, hebraice est, cum fructu deliciarum, id est cum omni fructu delicato. Emissiones ergo sunt Ecclesie particulares a Christo et apostolis, ac præsertim ab apostolicis viris, a S. Petro et Pontifice romano missis, erectæ et fundatæ, in quibus sunt mala punita et pomorum fructus, id est virtutum omnium tam sublimium,

quam mediocrium contentus, ait S. Hieronymus: cyprus, quia parvula, notat fidem; nardus, quia radice alte in terram defoditur, spem; crocus, quia aurei est coloris, et tribus filis rubet, notat charitatem in Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum, quæ quo magis calcatur, eo magis assurgit et crescit, uti facit et crocus. Reliqua quatuor aromata notant quatuor virtutes cardinales, scilicet calamus, quia rectus et similis regali scepro, notat justitiam; cinnamomum, quia acre, calidum et sapidum, notat sapientiam et prudentiam; myrrha, quia sua amaritate corruptioni resistit, notat fortitudinem; aloë, quia noxios humores purgat, notat temperantiam. Hinc symbolice cyprus representat patriarchas, in quibus excellit fides; nardus prophetas, in quibus spes; crocus apostolos, in quibus charitas; calamus episcopos et principes, in quibus justitia; cinnamomum doctores, in quibus sapientia; myrrha martyres, in quibus fortitudo; aloë virgines et continentes, in quibus temperantia.

15. FONS HORTORUM: PUTEUS AQUARUM VIVENTIUM, QUÆ FLUUNT IMPETU DE LIBANO. — Ecclesia est fons irrigans hortos, id est particulares Ecclesias et cœtus fidelium, ac puteus aquarum viventium, id est perennis acurigne purissime sapientie, sacrae doctrinæ et gratiæ, æque ac baptismi, Eucharistiæ, cæterorumque sacramentorum, quæ fluunt impetu de Libano, id est de Christo excelso et candido, aquis jam dictis abundante.

16. SURGE, AQUILO, ET VENI AUSTRUM, PERFLA HORTUM MEUM, ET FLUANT AROMATA ILLIUS, — q. d. Surge, id est velociter abi, o aquilo, id est o diabole, qui in aquilone sedere gestis, ac aquilonem, id est frigidam infidelitatem et torporem virtutum induxisti in homines, tempore legis mosaicæ et naturæ. Veniente ergo Christo veniat cum eo austrum, id est Spiritus Sanctus, qui suo gratiæ calore et fervore faciat, ut Ecclesie et fideles suavissimum virtutum omnium odorem per sanctas earum operationes expirent.

## CAPUT QUINTUM

### VOX SPONSÆ.

1. VENIAT DILECTUS MEUS IN HORTUM SUUM, COMEDAT FRUCTUM POMORUM SUORUM. — Ecclesia invitat Christum, ut se quasi hortum suum visite, ac virtutibus et gratis fidelium, quasi fructu pomorum suorum, ea pascat et oblectet.

### VOX SPONSÆ.

VENI IN HORTUM MEUM, SOROR MEA SPONSA, MESSUI MYRRHAM MEAM CUM AROMATIBUS MEIS. — Christus invitationem Ecclesie acceptat, imo prævenit: ait enim se jam venisse in suum Ecclesie hortum, ac

messuisse, id est collegisse suam myrrham, id est baptismatorum poenitentiam, mortificationem et martyria fidelium cum cæteris aromatibus, id est virtutibus heroicis.

COMEDI FAVUM CUM MELLIS MEO, BIBI VINUM MEUM CUM LACTE MEO. — His omnibus notat Eucharistiam, quæ suavissima est, ut lac et mel; ac acris et fervida, ut vinum: facit enim zelosus, ardentes et martyres. Hanc Christus comedit in suis fidelibus et sanctis.

COMEDATE, AMICI, ET BIBITE, ET IYBERIANTINI, CHARISIMINI. — Sicut amicus gaudio plenus et quasi ebrius, illud quasi superfluenis in sinum amici diffundit, sic sponsus hic delicis mellis et vini quasi

enrus ad easdem amicos invitat. *Inebriamini*, id est satiamini et exhilaramini, sed intra limites temperantiae, citra mentis alienationem, quam facit proprie dicta ebrietas.

## QUARTA PARS CANTICI

SIVE

### QUARTUS ACTUS DRAMATIS.

HUCUSQUE DESCRIPSIT VIRILEM ÆTATEM ET PERFECTIONEM ECCLESIE: HIC VERO DESCRIBIT EJUS SENECTAM ET DECLINATIONEM USQUE AD CAP. VI, VERS. 5.

#### VOX SPONSÆ.

2. EGO DORMIO, ET COR MEUM VIGILAT. — *Dormiebat* Ecclesia, id est perfecta pace fruebatur tempore Constantini; sed *vigilabat corde*, id est orationi, amori et contemplationi intendens, cum Deo agebat in fidelibus et prelatiis, sapientibus et sanctis: in insipientibus vero et carnalibus *dormiebat*, quia indulgebat otio, desidiis, gula, luxuriis, etc.; sed *cor ejus vigilabat*, quia conscientia minans eis Dei vindictam, eos metu percellibat, et ad emendationem stimulabat. 3. Virgo nocta corpore *dormiebat*, sed mente *vigilabat*, et continue Deum amabat.

VOX DILECTI MEI PULSANTIS: APERI MIHI, SOROR MEA, AMICA MEA, COLUMBA MEA, IMMACULATA MEA. — *Pulsat* Christus ostium cordis Ecclesie, ut illum avocet ab otio contemplationis ad negotium prædicationis, ut scilicet in pace sibi data per Constantinum corda infidelium, hæreticorum et impiorum per perfidiam clausa clave prædicationis aperiat. Christus *pulsat* cor animæ peccatoris, ut peniteat; sancti, ut se magis sanctificent, et aliorum quoque sanctitatem procuret.

QUIA CAPUT MEUM PLENUM EST ROSE, ET CINICINI MEI GUTTUS NOCTIUM. — *Caput* Christi est divinitas; *cinicini* sunt humanitas, item ejus sancti; *ros* et *gutta noctium* sunt blasphemie et impietates, item persecutiones, quibus heretici et impii impetunt Christi deitatem, vel humanitatem, vel sanctos: quas ut amoveat sponsa, puta prædicatores Ecclesie, excitat eos sponsus hac voce ab otio contemplationis ad negotium prædicationis, ut impios convertendo, has injurias a se sæcietisque suis avertat et propellant.

3. ESPOLIAMI ME TUNICA MEA, QUOMODO INDEAR ILLA? LAVI PEDES MEOS, QUOMODO INQUINAVO ILLOS? — Ecclesia, id est nonnulli prelati Ecclesie pæce illis data per Constantinum se dedere otio, quieti, studio et contemplationi, quare detrectantes laborem prædicationi, disputandi et pascendi gregem homini, ab eo se excusabant hoc titulo, quod *tunicam*, id est occupationes temporales tenuissent, nec possent, aut cuperent eas restitu-

mere; quodque *lavissent pedes*, id est affectus suos, et nollant eos rursus per conversationem cum peccatoribus *inquinare*. Verum hic erat pretextus lecti, id est desidiis. Quoties

4. DILECTUS MEUS MISIT MATRUM SUAM PER FORAMEN (OSTII), ET PESSULUM AMOVIT, OSTIUMQUE APERUIT, ET VENTER MEUS INTREMIT AD TACTUM EJUS. — Christus *pessulum*, id est remoram laborandi pro salute animarum amovit, cum metum inquinandi se prelatiis ademittit, itaque effecit, ut monachi, quasi fuere SS. Basilii, Nazianzenus, Chrysostomus, Augustinus, Gregorius, etc., qui antea episcopatus refugebant, jam a Deo vocati, eos capesserent, et strenue in vinea laborarent: hinc *venter eorum intremittit*, quia viscera mentis eorum pudore et commiseratione commota sunt, quod non prius Christo vocanti ad curam animarum ostium cordis aperuissent: miserabuntur enim tot animarum perditionem cum tot in Deum offensis et injuriis conjunctam.

5 et 6. SURREXI, UT APERIREM DILECTO MEO: MANUS MEÆ STILLABERUNT MYRRHAM, ET DIGITI MEI PLENI MYRRHA PROBATISSIMA. PESSULUM OSTII MEI APERUI DILECTO: AT ILLE DECLINAVERAT, ATQUE TRANSIIT. — Prelati Ecclesie excitati a Christo ad prædicandum, ei cor per consensum aperuerunt, sed mox *myrrha*, id est amaritudo persecutionum et tribulationum progrediens ab hereticis et impiis, manus et digitos eorum corripuit, in qua Christus quasi alio declinans et transiens, diutius eos reliquit ut tarditatem et socordiam prædicandi tarditate et duratione persecutionis puniret et castigaret. Rursum *myrrha* est penitentia, mortificatio et castigatio præterite tarditatis.

ANIMA MEA LIQUEFACTA EST (IN AMORE, TUM CUI calore liquescit) UT (DILECTUS MEUS) LOCUTUS EST: QUÆSIVI, ET NON INVENI: VOCAVI, ET NON RESPONDIT MIHI. — Idem dicit aliis et clarioribus verbis.

7. INVENERUNT ME CUSTODES QUI CIRCUMVENTU CITTATEM: PERCUSSE RUNT ME, ET VULNERAVERUNT ME: TULERUNT PALLIUM MEUM MIHI CUSTODES MURORUM. — *Custodes* sunt principes vel prelati heretici: n. Valens, Hunericus, Dioscorus, Nestorius, Pelagius, qui Ecclesiam per schisma disciderunt, de-

*pallium*, id est integritatis et pudicitie gloriæ absulerunt.

8. ADJURO VOS, FILIE JERUSALEM, SI INVENIRITIS DILECTUM MEUM, UT NUNTIETIS EI QUIA (QUOD AMORE LANGUO. — Ecclesia in persecutionibus afflictæ invocat filias Jerusalem, id est omnes sanctos, tam angelos, quam homines, cives Jerusalem, id est Ecclesie, tum in terra militantis, tum potius in cælis triumphantis, ut obsecrent Christum in cælo, ut ipse languori suo medeatur, mittendo scilicet homines apostolicos, qui hæreticos, infideles, malosque christianos convertant: languor enim hic est zelus animarum. Analogice, anima, amore æstuans, languet desiderio fruendi Christo in cælo: talis præ omnibus fuit B. Virgo, quæ ex languore hoc mortua evolavit ad Christum.

#### VOX FILIARUM JERUSALEM.

9. QUALIS EST DILECTUS TUUS EX DILECTO, O PULCHERRIMA MULIERUM? QUALIS EST DILECTUS TUUS EX MISTIO, QUIA SIC ADJURASTI NOS? — Sanctæ angelorum et hominum animæ, quarum opem sponsa implorat, ut nuntient dilecto suum languorem, rogant quis et qualis sit ejus dilectus, non quod illi ignorent, sed ut ejus desiderium in ea acuant, ac materiam illum effusissime laudandi ei præbeant, unde ipsa mox id ipsum præstat: hoc enim unicam erat languoris ejus remedium; amore enim et laude dilecti sanatur, imo pascitur languor diligentis.

#### VOX SPONSÆ.

10. DILECTUS MEUS CANDIDUS ET RUBICUNDUS, ELECTUS EX MILLIBUS. — Hebraice, *vezzillatus*, id est *instar vexilli eminentis decem millibus*. Christus fuit *candidus* et *rubicundus*, id est roseo colore ad litteram; talisque apparuit S. Edmundo Cantuariensi episcopo, ut habet ejus *Vita*. Symbolice fuit *candidus* ob purissimam et splendidissimam deitatem, aut potius propter purissimam humanitatis assumptæ innocentiam et sanctitatem; *rubicundus* ob carnem, quam cum sanguine rubro ex Virgine assumpsit, aut potius quam in cruce effuso sanguine purpuravit; et, ut ait S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*: « Christus *candidus* est in virginitate, *rubicundus* in passione » *Electus*, hebraice, *vezzillatus* ex millibus, quia Christus quasi dux vexillum innocentie et castitatis, æque ac patientie et martyrii omnibus martyribus, virginibus et christianis prætulit, qui pariter *candidi* sunt per innocentiam, *rubicundi* per patientiam; unde ex Hebræo veritas, *signifer* et *dux myriadam*.

11. CAPUT EJUS AUREUM OPTIMUM, — *g. d.* Caput Christi erat fulgidum et speciosum instar auri optimi, vel redimitum erat corona aurea. Caput Christi est deitas. « Dicitur aurum, quia ejus humanitas et divinitas sua claritate vobis principatur, » ait S. Gregorius: sicut enim aurum cæteris

metallis, sic deitas creaturæ omnibus longe eminent et antecellit. Tangit hic arianos, eutythianos et nestorianos, qui negabant Christi divinitatem.

COMÆ (CAPITIS) EJUS SICUT ELATE PALMARUM, NIGRÆ QUASI CORVÆ. — *Elate* sunt rami et fructus palmarum, qui earum verticem velut coma tegunt et oriant: sic Christus flavam habuit comam, uli flavi sunt dactyli, sed nigricantes. *Comæ* hæc notant divina Christi consilia, amores et affectus, qui a deitate ejus in humanitatem emanant, sicut coma manat a capite: caput enim Christi est Deus. Idem nigri sunt, quia fortes, viriles et heretici, ac charitate quasi tosti et nigricantes. Mystice, *capilli* Christi sunt viri religiosi et apostolici, hi enim Christum quasi crines stipant, coronant et ornant.

12. OCULI EJUS SICUT COLUMBÆ SUPER RIVULOS AQUARUM, QUÆ LACTE SUNT LOTE, ET RESIDENT SUPER FLUENTA PLENISSIMA, — *g. d.* Sicut columbæ assident aquis, sic oculi sponsi innatant suis orbibus, sicutque coloris aquei et marini, ideoque cæsi, id est prudentes et sapientes. *Lac* notat candorem oculorum, et sinceritatem animi per oculos tralucentes. Denique oculi Christi comparantur columbis, quia placidi sunt, mites, faciles, benigni et misericordes.

13. GENÆ ILLIUS SICUT AREOLÆ AROMATUM CONSITÆ A PIGMENTARIIS. — *Genæ* Christi rosæ et fragrantis instar areolarum aromatum signum erant, primo, florentis etatis; secundo, honestatis; tertio, hilaritatis; quarto, ingenuitatis; quinto, gravitatis et majestatis conjunctæ cum lenitate et pietate. Parabolice, hinc genæ Christi sunt misericordia et justitia, quibus aspicit regitque Ecclesiam. Tropologicè, genæ Christi sunt virgines et martyres; illorum enim genæ rosæ rubent pudore, horum cruore.

LABIA EJUS LILIA DISTILLANTIA MYRRHAM PRIMAM, — *g. d.* Eloquia Christi casta sunt, et ad puritatem lilialem inflammantia, ac myrrham, id est mortificationem cupiditatum prædicantia.

14. MANUS ILLIUS TORNATILES (Septuaginta, *ternata*, id est affabre elaborate) AUREÆ, PLENE HYACINTHIS, — *g. d.* Opera Christi, primo, adeo perfecta erant, ac si torno elaborata forent, ita ut nil eis posset addi, nil demeri; secundo, manus Christi erant *ternatiles*, id est versatiles et agiles ad omne bonum omnemque beneficentiam. Dicuntur *aureæ*, quia ornate charitate, *plena hyacinthis*, quia opera Christi erant cælestia et divina, alque ad spem et amorem rerum cælestium excitantia: hyacinthus enim est cælestis coloris.

VENTER EJUS EBRURNES, DISTINCTUS SAPPHIRIS. — *g. d.* Omnes internæ Christi passionis et affectiones erant puræ et valide instar eboris, ac cælestes instar sapphiri. Symbolice *venter* Christi sunt conjugati, qui filios ipsi generant aluntque pueros ut ebur, cælestes ut sapphiri.

15. CRURA ILLIUS COLUMNÆ MARMORÆÆ, QUÆ FUNDATE SUNT SUPER BASES

*g. Crura*

Christi candida sunt, recta, crassa et robusta instar columnæ marmoreæ, «super bases aureas, » id est super pedes ornatos calceis aureis, quales habuit Salomon. *Crura* hæc notant fœdera Christi, quibus per se Judæam, per apostolos vero virosque apostolicos totam orbem evangelizando obiit, fuisse pura, recta, fortia et valida, ita ut nemo ea sistere, vel his resistere posset, quin gentes omnes sibi subiceret «super bases aureas, » scilicet, tum divinitatis Christi, tum charitatis: charitas enim hosce pedes suffulcit et invictos efficit. Symbolice, *crura* Christi sunt viri apostolici, qui fidem Christi in India aliisque locis propagant.

SPECIES EJUS UT LIBANI, ELECTUS UT CEDRI. — *g. d.* Christus instar Libani et cedri fuit procerus, odoratus, impubribilis, et speciosus tum corpore, tum magis mente.

16. CUITUR ILLICIS SUAVISSIMUM, ET TOTUS DESIDERABILIS. — *g. d.* Athleticus Christi, æque ac vox et gutture prodens erat suavissimus, quia non nisi

## CAPUT SEXTUM.

1. DILECTUS MEUS DESCENDIT IN HORTUM SUUM AD ARBOLAM AROMATUM, UT PASCATUR IN HORTIS, ET LILIA COLLIGAT. — Sponsa respondet filiabus Jerusalem sponsum ivisse in hortum suum, id est in Ecclesiam occidentalem, hoc est ad congeriem fidelium orationi, mortificationi ceterisque virtutibus studentium, quibus, quasi aromatis, Christus pascitur et oblectatur, sed præsertim liliis, id est castitate virginum: quare reformatores Ecclesie orientalis vocandos esse ex occidentali Ecclesia, præsertim Romanos, ut ex ea-

fectus et amores divinos exhalabat et eructabat: quare ipse totus erat amabilis et desiderabilis.

TALIS EST DILECTUS MEUS (qualem huc usque descripsi), ET IPSE EST AMICUS MEUS, FILIUS JERUSALEM.

### VOX FILIARUM JERUSALEM.

17. QUA AMIT DILECTUS TUUS, O PULCHERRIMA MULIERUM? QUO DELINAVIT DILECTUS TUUS? ET QUERENS EUM TECUM. — Filie Jerusalem adjurate a sponsa, cap. v, vers. 8, ut quærent sponsum, qui se subdlexerat, audientes ejus notas et signa et quibus eum dignoscant, hic rogant qua via se subdlexerit, ut, illam ineuntes, eum inveniant. Christus ab orientali Ecclesia ob hæresim Arij, moresque pravos, se, id est suam fidem et Ecclesiam transtulit in occidentem post Constantinum imperatorem: quæruit ergo filie Jerusalem, id est fideles, ab Ecclesia, id est Ecclesie prælatis, quo abierit Christus, ut eum in Orientem reducant. Huc refer quæ dixi vers. 9.

## QUINTA PARS CANTICI

SIVE

### ULTIMUS ACTUS DRAMATIS.

IN QUÀ DESCRIBITUR ECCLESIE SENESCENTIS RENOVATIO, CONSUMMATIO, ET AD CÆLUM ANHELATIO.

#### VOX SPONSÆ.

3. PULCHRA ES, AMICA MEA, SUAVIS ET DECORA Sicut JERUSALEM: TERRIBILIS UT CASTROBUM ACIES ORDINATA. — Pro *suavis* hebraice est, *sicut Thersa*, quæ erat urbs pulchra, ideoque a Jeroboam facta est metropolis regni Israel. Sponsa cum suis quærens sponsum in horto, ibidem eum invenit, eique narravit, quanta in illo quærendo passa sit, quibus notis et elogiis eum adolescentulis depinzerit: quare sponsus eam consolatur, lau-

dem in Orientem ea de causa a Pontifice romano missi sunt S. Eusebius episcopus Verocellensis, Lucifer Calaritanus et alii. Rursum hortus Christi est religio et cœnobium.

2. EGO DILECTO SEO, ET DILECTUS MEUS MIHI QUI PASCITUR INTER LILIA. — Hunc versum explicat cap. ii, vers. 16: sponsa enim, quia amore sponsi plena, hinc identidem eum reperit et inculcat: amantes enim amatorum amore et laude nunquam satiantur, sed eum assidue usque ad nauseam audientium repetunt.

desque ei cap. iv assignatas confirmat et adauget. Igitur sensus est, *g. d.* Ecclesia pulchra effecta est, æque ac fortis et terribilis: ut castroborum acies, quando errores et vicia per arianos, aliosque impios infideles suos inducta per zelosos imperatores et principes, pontifices et episcopos in concilio Nicæno, Ephesino, Chalcedonensi, Lateranensi, Florentino, Tridentino, aliisque œcumenicis, tum provincialibus extirpavit, et Ecclesiam vel universalem vel provincialem pristino fidei et virtutum nitore restituit. Maxime

per ir fine mundi ipsam præstabant Elias et Enoch cum suis associis.

4. AVERTE OCVLOS TUOS A ME, QUA IPSI ME AVOLARE FEREBUNT. — Hebraice, *quia ipsi prævaluerunt mihi, me in sui amorem rapiendo: laudat hic Christus sponsam a pulchritudine et illicio oculorum, per quos pura Ecclesie in Christum intentio et amor significatur, ut dixi cap. iv, vers. 1. Significat ergo hic Christus charitate Ecclesie se victum, ut sui tam amantem misericordie redamet, utque ejus amore cursum tempusque mundi absolvere decernat, quo reliquæ Israel salventur; de his enim agit in sequentibus, ut hoc facto Ecclesia Christo sponso suo in æternum copuletur, eoque felicissime perfruat in cælesti gloria, ubi nuptiarum utriusque erit consummatio.*

CAPILLI TUI Sicut GREGES CAPRARUM, QUÆ APPAREBUNT DE GALAAD. — Hæc gnome et duæ sequentes ad laudem sponsæ hic repetuntur ex cap. iv, vers. 1 et seq., ubi eas explicui.

7. SEXAGINTA SUNT REGINE, ET OCTOGINTA CONCUBINE, ET ADOLESCENTULARUM NON EST NUMERUS. UNA EST COLUMBA MEA, PERFECTA MEA, UNA EST MATRIS (Septuaginta, *matris*) SUE, ELECTA GENITRICI SUE. — *Unica matris*, id est unigenita, vel unico præ aliis filiabus dilecta a matre. *Regine*, id est Ecclesie patriarchales, primates et metropolitanæ sunt sexaginta, id est multe. *Concubine*, id est Ecclesie episcopales sunt octoginta, id est plures. *Adolescentularum*, id est Ecclesiarum parochialium et cæterarum non est numerus: plurimæ enim sunt, et quasi innumerabiles; at supra hæc omnes eminet Calledra S. Petri, puta Ecclesia romana: quare hæc est una columba, id est una sponsa Christi unice ab eo dilecta, perfecta in fide et religione, unica matri suæ, et electa genitrici suæ, id est unice pater dilecta primitiva Ecclesie hierosolymitane, ait S. Anselmus, quia ipsa cæteras Ecclesias regit, ac, si a vera fide vel pietate aberrant, corrigit et reformat. Quocirca

VIDERUNT EAM FILLE, ET BEATISSIMAM PRÆDICAVERUNT: REGINE ET CONCUBINÆ, ET LAUDAVERUNT EAM — dicendo: «Quæ est ista, » etc., ut sequitur.

#### VOX ADOLESCENTULARUM.

8. QUÆ EST ISTA, QUÆ PROGREDITUR QUASI AURORA CONSURGENS, PULCHRA UT LUNA, ELECTA UT SOL, TERRIBILIS UT CASTROBORUM ACIES ORDINATA? — Est vox adolescentularum, concubinarum et reginarum laudantium sponsam ab ejus ortu, progressu et perfectione: Ecclesia enim oriens in Judæa sub apostolis exigua luce fustit quasi aurora; mox crevit, fustitque ut luna luce pallida per tenebras et persecutiones decem imperatorum; denique solo orbe aurea luce resplenduit ut sol, sub

Constantino imperatore, ac mox pugnant et perfidians arianos, nestorianos, cæterosque hæreticos, et abusus reformans, fuit quasi castroborum acies ordinata, talisque maxime erit in fine mundi decertans contra Antichristum, ejusque assoclas.

#### VOX SPONSÆ.

9. DESCENDI IN HORTUM NUCCUM, UT VIDEREM POMA CONVALLIUM, ET INSPICEREM SI FLORUISSET VITIS, ET GERMINASSENT MALA PUNICÆ. — Christus descendit in *hortum nuccum*, id est ad Synagogam durorum Judæorum, ut eos converterat, tum per alios, tum maxime in fine mundi per Eliam et Enoch, quando ipsi producent *poma convallium*, id est fructus actusque humilitatis et penitentis, ac vina devotionis, et *mala punicæ* charitatis.

#### VOX SYNAGOGÆ.

*Judæorum convertenda in fine mundi.*

10. NESCIVI: ANIMA MEA CONTURBAVI ME PROPTER QUADRIGAS AMINADAB. — *g. d.* Ego Synagoga Judæorum hucusque nescivi Christum, a patribus meis crucifixum esse Messiam, ideoque cum non colui, quia turbaverunt me quadrigæ *Aminadab*, id est *populi spontanei*, puta christiani, qui e gentilitate sponte et ulro audita prædicatione apostolorum crediderunt in Christum. *Quadrigæ* sunt quatuor evangelia, quæ celerime per totum orbem discurrerunt: propter hæc, id est quia evangelia abrogabant judaismum et legem Moysi, ego Synagoga Judæorum huc usque non credidi in Christum; at jam conversa per Eliam in eum credo, et eidem quadrigæ ulro me subdo, imo infero et impono. Nonnulli per *quadrigæ Aminadab* accipiunt Saracenos et Turcas; alii imperatores Ecclesiam oppugnantes; alii antipapas et schismaticos.

#### VOX SPONSÆ.

*Veteris de nova, hoc est, Ecclesie de Synagoga.*

11. REVERTERE, REVERTERE, SALAMITIS: REVERTERE, REVERTERE, UT INTUEAMUR TE. — Ecclesia gratulatur Synagoge de ejus ad Christum conversione: *Synagoga* enim vocatur *Sulamitis*, id est Hierosolymitana vel Salomonita. Sicut enim a Paulo sponsa dicitur *Paula*, sic a Salomone sponsa ejus dicitur *Sulamitis*, id est Salome vel Salomonita. Sensus est, *g. d.* O *Sulamitis*, id est, o Synagoga Judæorum jam conversa ad Christum, revertere ad Ecclesie et gentibus congregata societatem et conversationem, ut gentes tuum decorem, quem per baptismum accepisti, intuentes exsulent, tibique gratulentur, et Deo gratias agant.





## CAPUT OCTAVUM.

Vox sponsae, id est Ecclesiae universalis collecta ex Iudeis et gentibus, in fine mundi, completo iam electorum numero, aspirantis ad caelum.

1. QUIS MIHI DET TE FRATREM MEUM SUGENTEM UBERA MATRIS MEAE, UT INVENIAM TE FORIS, ET DEOSCULER TE, ET JAM ME NEMO DESPICIAT? — *g. d.* Uitam te fruar, o Christe, in caelo, sicut frater fruitur suo fraterculo qui adhuc sugit ubera matris, eumque deosculatur, ut scilicet sicut olim factus homo mihi per carnem frater fieri dignatus es, ac sugere ubera matris meae, tum B. Virginis (haec enim est mater Ecclesiae, quia ipsa est mater Christi, et consequenter omnium christianorum), tum Synagoga: sic pariter foris, id est in caelo frater et consors mihi fias in gloria beatitudinis, ibique tecum sugam ubera matris communis, puta coelestis Jerusalem, quae lae, imo neclar felicitatis effundit, atque te osculer, tecumque deliciar et dissuaver in aeternum, ideoque jam me nemo despiciat, sed omnes glorificent et beatificent.

2. APPREHENDAM TE, ET DUCAM IN DOMUM MATRIS MEAE: IBI ME DOCEBIS, ET DABO TIBI POPULUM EX VINO CONDITO, ET MUSTUM MALORUM GRANATORUM MEORUM. — Est vox Ecclesiae ad Christum, *g. d.* Uitam te apprehendere possem et ducere in caelestem Jerusalem, quae est mater nostra, ut ibi me doceres arcana divinitatis, ubi ego vicissim tibi propinarem vinum conditum laudis et gratiarum actionis, ac mustum malogranatorum aestuans amoris, et jubili felicitatis aeternae!

3. LEVA EJUS SUB CAPITIS MEI, ET DEXTERA ILLIUS AMPLEXABITUR ME. — Sponsa ex vehementi amore et desiderio fruenti Christo in caelo incidit in languorem, somnum et extasim, ac corruens invocat opem sponsi, ut se collabentem leva dextraeque fulciat et complectatur, tum jam languentem in terris, tum potius mox gaudentem et triumphantem in caelis. Vide cap. II, vers. 6.

## VOX SPONSI.

4. ADIURO VOS, FILLE JERUSALEM, NE SUSCITETIS, NEQUE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM, DONEC IPSA VELT. — Sponsus vetat sponsam ab hoc amoris somno et extasi, utpote sibi gratissimo et sponsae suavissimo, excitari. Vide dicta cap. II, vers. 7.

## VOX POPULI

## Occurrentis.

5. QUAE EST ISTA, QUAE ASCENDIT DE DESERTO, DELICIAS AFFERENS, INIIXA SUPER DILECTUM SUEM? — Sponsa a somno evigilans, ex languoris et amoris deliciis, brachiis suis iniixa humeris sponsi, cum eo ascendebat ex agro, horreorum versus Jerusalem, id est ex terra in caelum. Occurrunt ei turbae populi transcantis, id est angeli et omnes, ejus-

que speciem, amorem et libertatem admirantes exclamant: Quae est ista sponsa tam gloriosa, quae tam deliciose, libere et amoroze caritate Domino iniixa, e terris in caelos adeo magnifice ascendit?

## VOX SPONSI.

SUB ARBORE MALO SUSCITAVI TE: IBI CORRUPTA EST MATER TUA, IBI VIOLATA EST GENITRIX TUA. — Christus Ecclesiam gloriose secum scandentem in caelum monet crucis sub pro ea obita, ut eam tanti beneficii memorem gratamque reddat, *g. d.* Scio, o Ecclesia, hanc gloriam tuam mihi caro stitisse, emi enim eam multis doloribus in ligno crucis, eo quod mater tua Eva comedens ex ligno vetito in paradiso, tam se quam te, id est omnem posteritatem peccato corrupit et perdidit. Dei enim justitia et sapientia decreverat ut in ligno satisfaceret culpa in ligno commissa; ut diabolus, « qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceret; » et: « unde mors oriebatur, inde vita crederet. »

6. PONE ME UT SIGNACULUM SUPER COR TUUM, UT SIGNACULUM SUPER BRACHIUM TUUM. — *g. d.* Ingit et firmiter quasi sigillo imprimi tibi meae crucis memoriam, meumque quem tibi in ea exhibui amorem, ut ille semper in corde tuo cogitando figatur, indeque in brachium ad recte operandum transeat, ita ut amor meus sit tibi rector, qui omnes tuas cogitationes et actiones dirigat ad caelum, ubi ille indelibiliter et profunde cordi brachioque tuo insculpetur, ut in aeternum perduret.

QUAE FORIS EST UT MORIS DILECTIO, DERA SICUT INERNUS EMULATIO. — *g. d.* Causa, quae me impellit ut te in cruce per tot dolores et mortem meam a peccato, morte et inferno, cui addicta eras, suscitarem, fuit amor et dilectio, quae te ut sponsam summe dilexi: haec enim fortior est omni dolore, morte et inferno, ac instar mortis et inferni, omnia adversa et tristitia sibi subjicit: quare similem, puta fortem a te, o sponsa, dilectionem exigo, ut « ponas me ut signaculum super cor tuum, » ut scilicet mei intuitu et amore mortem et infernum superes et transcendas, ac instar mortis et inferni nulli hosti, tentationi, dolori, vel adversitati cedas, sed omnia evincas, libique subdas.

LAMPADIS EJUS (dilectionis et emulationis, sive zeli) LAMPADIS IGNIS ATQUE FLAMMARUM. — Lampades, id est faces, *g. d.* Faces charitatis et zeli Christi similes sunt ignibus et flammis argentissimis, ac similes ipse a sponsa, id est Ecclesia et anima sancta jure suo repositi.

7. AQUAE MULTAE NON POTERUNT EXTINGUERE CLA-

MITATEM, NEC FLUMINA OBVERTENT ILLAM. SI DEDERIT HOMO OMNEM SUBSTANTIAM DOMUS SUE PRO DILECTIONE, QUASI NIHIL DESPICIAT EAM. — Eam, non dilectionem, sed substantiam, *g. d.* Nulla persecutiones, calumniae, flagella, dolores, clavi, spine, etc., quae instar torrentium magna copia et vi irruerunt in Christum, poterunt, aut unquam poterunt obvertere, vel extinguere ejus charitatem, imo potius his crescentibus crevit Christi amor et ardor, sicut per antiperistasin ignis aquis gelidis circumdatus magis se intendit et exardescit. Idem jure suo a sponsa Ecclesia, et anima pia reposit Christus sponsus: ratio est, quod charitas sit res pretiosissima, supernaturalis et divina, quae omne pretium, omnes opes, omnem substantiam superat, et praeter quae omnes cruces et dolores quasi nihil sunt, nec estimandi.

## VOX SPONSAE.

Adulte de juniore, id est Ecclesiae de Synagoga.

VERS. 8. SOROR NOSTRA PARVA EST, ET UBERA NON HABET: QUID FACIENS SORORI NOSTRE IN DIE QUANDO ALLOQUENDA EST? — Ecclesia audiens sponsum Christum tam excellentem erga se ostendere charitatem, et similem ab ipsa requirere, facile assentitur, eamque spondet, ut patet vers. 10 et seq; sed sollicita de sorore sua Synagoga, id est de rudi plebe Iudeorum in fine mundi convertendum, utpote adhuc numero parva, ac in fide recenti et in charitate tenera, ut ubera non habeat doctrinae, quibus alios lactet, sed potius ipsa ea adhuc sugat; dicit sodalibus sponsi, puta discipulis Eliae et predicatoribus Christi: Quid faciemus sorori nostrae Synagoga, ut in fide crescat, et in charitate adolescat, ut in die iudicii, quando a Christo sponso alloquenda est, quasi sponsa in caelestem thalamum inducenda, digna ejus nuptiis coelestibus inveniat, talisque ei appareat, placeat et copuletur.

## VOX SODALIIUM

Sponsi, id est discipulorum et assectarum Eliae.

VERS. 9. SI MURUS EST, EDIFICIUM SUPER EUM PROPUGNAECLA ARGENTA: SI OSTIUM EST, COMPINGAMUS ILLUD TABULIS CEDRINIS. — *g. d.* Pars Synagoga, id est plebis Iudeorum instar muri firmo et constanti est pectore: quare illam instruamus eloquiis S. Scripturae, ut instructa fidem Christi praedicare, propagare et propugnare queat: haec enim eloquia sunt id quod propugnaecla argentea in muro, et quod ubera in pectore; nam ut propugnaecla, propugnant; ut ubera, lactant. Pars altera Iudeorum instar ostii est pectore exili, debili, mobili et versatili: quare illam constringamus et roboremus sanctis christianorum exemplis, quasi tabulis cedrinis, id est incorruptibilibus, ut Iudei in Christi fide et charitate firmati, si non ut sponsae, certe ut adolescentulae comites

sponsae, cum ea ad coelestem Christi nuptias jam imminentes admitti mereantur.

## VOX SPONSAE.

Junioris, puta Synagoga.

VERS. 10. EGO MURUS: ET UBERA MEA SICUT TURRIS, VEX QUO FACTA SUM CORAM EO QUASI PACEM REPERIENS. — *g. d.* Non est quod de me solliciti sitis, ego enim conversa ad Christum, adeo constanter et fervide ipsi adhaereo, ut videar esse murus inextinguibilis; insuper, sicut muro incumbunt turres, sic pectori meo firmo instar muri insistunt ubera doctrinae et doctorum, adeo valida ut antichristianos, Iudeos et quoslibet hostes sternere valeant; adeoque smeculenta, ut suo lacte omnes meos in fide puellulos lactare queam; idque habec non ex me, sed ex gratia sponsi mei Christi: ex quo enim ipse ut verus Salomon me sibi dignatus est reconciliare, imo me Sulamitem, id est suam sponsam, cui nomen pacifica, efficit, illuc in hoc robur et hanc celatidinem excrevi, ut illi si non par, certe super eam videar.

## VOX SPONSAE.

Adulte, puta Ecclesiae.

VERS. 11 ET 12. VINEA FUIT PACIFICUS IN EA, QUAE HABET POPULOS. TRADIDIT EAM CUSTODIBUS, VIR AFFERT PRO FRUCTU EJUS MILLE ARGENTEUS. VINEA MEA CORAM ME EST, MILLE TUI PACIFICI, ET PURCENTIUS, QUI CUSTODIUNT FRUCTUS EJUS. — Pacificus est Salomon, ut habent Hebraea, Septuaginta et Syrus; Salomon autem hic est Christus. Videtur Salomon Casticum tanto amorum ardore ceptum, frigidum pacis sine concludere; sed Hebraei per pacem omnem salutem, omne decus, omnem voluptatem, omnem gaudium, omneque bonum significant; vinum enim a vite vineae expressum, hanc pacem afferens, hominem vivificat, lificat et voluptato sua inebriat: « vinum enim lificat Deum et homines, » *Judae. ix, 43.*

Ecclesiarum vocem Synagoga, quae dixit: « Ex quo fui coram eo quasi pacem reperiens, » eam confirmans, respondet dicitque: Versi id dixisti, o soror mea Synagoga, quia sicut Salomon rex pacificus habuit vineam insignem in Balthamon, id est in urbe ita dicta a populi frequentia; insuper habuit vineam mysticam, puta Synagoga, quarum utraque dedit fructus egregios, qui mille argentei, id est maximo pretio estimabantur: sic pariter vers Salomon, id est Christus rex pacificus facit te vineam suam in fine mundi, quae abundet et numero et virtute fidelium Iudeorum, ideoque fructus mille argentei, id est maximi esse pretii censibitur.

Pari modo, « vinea coram me est, » id est ego Ecclesiam similem tui, o Synagoga, habeo vineam, quae mihi semper praer oculis et summae cure est; vinea tua est Iudaea, mea vinea est totus

orbis, puta omnes gentes, quas in fide et pietate christiana per meos prelatos et pastores sedulo excolo, ideoque pari modo ex illa *mille argenteos*, id est maximum fructum et pretium colligo, illumque Christo meo offero; « mille ergo tui pacifici, » hebraice, *mille tui*, o Salomon, id est hos *mille argenteos* tibi debitos, utpote ex tua gratia parios et productos; « et ducenti his qui custodiunt fructus ejus, » *q. d.* Prelatis, qui hanc vineam colerunt, debetur et dabitur duplex pramium, scilicet gloria anime et corporis, ob decem preceptorum Decalogi observationem in corde et opere tam in se quam in suis subditis, centies duplicatam, id est omni modo absolutam et perfectam: centum enim duplicata faciunt ducenta.

## VOX SPONSI.

VERS. 13. QUE HABITAS IN HORTIS, AMICI ASCULTANT: FAC ME AUDIRE VOCEM TUAM.—Bucollie Christus sponsus hic inducitur quasi pastor, cujus sponsa castitatis et meditationis studiosa, velut nympba ruralis habitat in hortis et vineis, easque excolit. Sensus est, quasi dicat: Christus: Audivi, o Ecclesia mea sponsa, tua in celum anhelandis suspiria, sed tecta et obscura, quare velim ut eadere emanatis: amici enim mei et tui, id est angel, avide ea audire desiderant; faciam ergo te votorum compotem: postula, et impetrabis: loquere, et exaudieris: suspira in celum, et eo te ducam, jam enim imminet finis mundi, et dies iudicii ac beate resurrectionis.

## SAPIENTIÆ COMMENTARIUS IN CANTICUM CANTICORUM.

## VOX SPONSE.

VERS. 14. FUGE, DILECTE MI, ET ASSIMILARE CAPRE, HINNULOQUE CERVORUM SUPER MONTES AROMATUM, — qui cap. II, vers. 17, vocantur *montes Bethel*, vel *Bethel*, id est *domus Dei*, puta cœli, *q. d.* Fuge, id est celerrime instar fugientium caprearum et hinnulorum ex terra hac putida et fetida, o Christe, te proripe in suaveolentes montes aromatum, id est in celum, ac me, quæso, tecum rape, ut tibi invicem fruamur in beata æternitate: sicut caprea et hinnuli, dum fugiunt venatores, secum rapiunt suos catulos, nec sine iis fugam capessunt in montes aromatum, quales sunt in Judæa, Libano, Syria et Oriente. Unde « fuge sumi potest pro fugere me fac, per hebraismum, quo *Cal* ponitur pro *Hiphil*.

« Fuge, face, quiesce (S. Ansenius). Fuge ad montes aromatum, ad colles beate ÆTERNITATIS. Quam felix, que beati, ÆTERNITAS! » « Noctem unam (frigoris) cum sempiterno ævo commutabimus, » S. Basilii, homil. De 40 Mart. « Erum angelos, tempus homines, Deum sua beat æternitas. » Doctor Angelicus, I Quæst. X: « O regnum vere beatum, carens morte, vacans fine, cui nulla tempora succedunt per ævum, ubi continuus sine nocte dies nescit habere tempus; ubi victor miles illis hymnidicis angelorum sociatus choris, cantat Deo sine cessatione Canticum de canticis Sion, nobile perpetuo caput amplectente corona! » ait S. Augustinus in *Meditationibus* cap. XXXI.

## COMMENTARIUS

IN

## LIBRUM SAPIENTIÆ.

## ARGUMENTUM.

Tria hic de more præmittenda sunt: *primum*, de auctoritate libri; *secundum*, de auctore; *tertium*, de argumento.

QUERITUR ergo primo, an Sapiëntia sit liber canonicus S. Scripturæ? Negant Judæi et hæretici, imo nonnulli catholici, ut Lyranus et Cajetanus: Judæi, quia in hoc lib. cap. II, vers. 20, prædicatur mors Christi, illi in cruce intelligenda ab impiis Judæis: hæretici, quia, dum liber hic commendat castitatem, opera bona, martyria, merita et premia, contrariis eorum heresibus adversatur; unde eum rejicit Kemnitius in *Examina Concilii Tridentini*, sess. IV; imo Calvinus, lib. I *Institut.* cap. XI, § 8, scribit se in libro Sapiëntiæ invenisse mendaciam, scilicet de inventore idolatriæ, qui cap. XIV, vers. 15, dicitur fuisse pater lugens filium sibi morte ereptum; quæ Calvinus Scripturæ indigna est Bibliis, dignaque favillis: sed de hoc fusius agendum cap. XIV. Verum respondeo et dico: De fide est liberum Sapiëntiæ esse Canonicam Scripturam: patet, quia ita definit Concilium Florentinum in *Unionem Armen.*, et Tridentinum, sess. IV; Carthageniensis III, cap. XLVI; Toletanum XI in *Profess. fidei*, Sardinense apud Theodoretum, lib. II *Histor.* cap. VIII, Triburiense, cap. XXXIV, Pistense, cap. I, Nicœnum II, act. 4.

Hinc Christus et apostoli ex libro Sapiëntiæ testimonia, æque ac ex aliis libris canonicis mutuati sunt; nam ex *Sapiënt.* cap. III, vers. 7: « Fulgebunt justi, » citat Christus illud *Matth.* cap. XIII, vers. 43: « Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. » Rursum Mattheus, cap. XXVII, vers. 43, refert id quod habetur *Sapiënt.* II, 13: « Filium Dei se nominat; » et vers. 48: « Si enim est verus Filius Dei, suscipiet illum, et liberabit de manibus contrariorum. » Paulus quoque ad Romanos, cap. XI, vers. 34, profert illud, *Sapiënt.* IX, 13: « Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? » Et ad Ephesios, cap. VI, vers. 13 et 17, deponit id quod habetur *Sapiënt.*

cap. V, vers. 18 et 19: « Accipiet armaturam zelus illius, et induet pro thorace justitiam, et accipiet pro galea iudicium certum, sursum contra impugnabile æquitatem. » Idem, *Hebr.* I, 7 et 11 et alibi, alludit ad dicta Sapiënt., cap. IV, VI, VII et IX.

Idem faciunt Patres græci et latini, qui Sapiëntiam citant, ut divinam Scripturam, imo ut librum Salomonis. Loca eorum citabo *Quæst.* II; nunc sufficiat unus S. Augustini sententia, qui lib. II *De Prædest. Sanctorum*, cap. XIV, et lib. II *De Symbolo*, ita scribit: « Non debuit repudiari sententia libri Sapiëntiæ, qui meruit in Ecclesia Christi de gradu lectorum Ecclesiæ Christi tam longa annositate recitari, et ab omnibus christianis episcopis usque ad extremos laicos fideles, penitentes, catechumenos, cum veneratione divine auctoritatis audiri. » Quare vana est Cajetani exceptio, dicentis librum Sapiëntiæ a Patribus vocari *canonicum*, id est regularem, quia valet ad edificationem fidelium, at non ad stabilendam fidei dogmata: ad utrumque enim valet divina Scriptura, qualem aiunt esse Patres librum Sapiëntiæ. Vide Melchiorum Canonum, lib. II *De Locis*, cap. XI.

Porro S. Athanasius in *Synopsi*, S. Epiphanius lib. *De Pondoribus et mensuris*, S. Hieronymus in *Prolog. galatæ*, et epist. 145, et in *Zachar.* cap. VII et XI et Damascenus, lib. IV *De Fide*, cap. XVIII, asserunt Sapiëntiam non esse in canone Hebræorum, et suo tempore necdum ab Ecclesia receptam ut librum canonicum, legendum tamen in Ecclesia ad edificationem plebis. Quare liber hic non est *protocanonicus*, id est primæ classis S. Scripturæ, quales sunt ii de quorum fide nunquam est dubitatum; sed *deuterocanonicus*, id est secundæ classis, quales sunt ii de quorum fide dubitatum fuit aliquando, ac postmodum tota Ecclesia, re examinata, eos in canonem admisit. Audi S. Augustinum, lib. II *De Doctr. Christ.* cap. VIII: « Illi duo libri, unus, qui *Sapiëntia*, et alius, qui *Ecclesiasticus* inscribitur, quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter prophetas